



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Eiusde[m] Historiæ assertio ex Gregorio Turonensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

HIC INSERERE LIBET, OB MAIOREM  
HISTORIAE FIDEM, QVAE D. GREGORIVS  
Turonensis habet Lib. 2. Historie Francorum,  
cap. 7. in haec verba:

Atrila Rex  
nititur Au-  
reliam ex-  
pugnare.



Atrila Hunnorum Rex, à Metensi vrbe egrediens, cum multas Gal-  
liarum ciuitates opprimeret, Aureliam aggreditur, eamque ma-  
ximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat autem eo tempo-  
re beatissimus Anianus in supradicta vrbe Episcopus, vir eximie  
prudentiæ, ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutum gesta nobis  
cum fideliter retinentur. Cumque inclusi populi suo pontifici,  
quid agerent, acclamarent: ille fesus in Deo, monet omnes in ora-  
tione prosterni, & cum lachrymis praesens semper in necessitatibus Domini auxilium  
implorare. Denique ijs, vt praecerat, deprecantibus, ait sacerdos: Adspicite  
de muro ciuitatis, si Dei miseratio iam succurrat. Suspiciatur enim, per Domini  
misericordiam Aetium aduenire, ad quem & Arelaten abierat, prius suspectus futuri.  
Adspicientes autem de muro, neminem viderunt. & ille: Orate, inquit, fideliter.  
Dominus enim liberabit vos hodiè. Orantibus illis, ait: Adspicite iterum. Et cum  
adspexissent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertio: Si fideliter peti-  
tis, Dominus velociter adest. At illi cum fletu & eiulatu magno Domini misericordiam  
implorabant. Exacta quoque oratione, tertio iuxta senis imperium adspicientes  
de muro, viderunt alongè quasi nebulam de terra consurgere. Quod cum re-  
nunciarent, ait sacerdos: Domini auxilium est. Interea iam tremantibus ab impetu  
arietum muris, iamque ruituris, ecce Aetius & \* Theudo Gotthorum Rex ac Tho-  
rismundus eius filius, cum exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, aduersumque  
hostem eijciunt ac repellunt. Itaque liberata obtentu beati antistitis ciuitate, Atri-  
lam fugant. Haecenus Gregorius Turonensis, qui etiam postea subiungit, neminem  
ambigere debere, Hunnorum exercitum B. Aniani obtentu fugatum esse. Sequitur  
nunc in historia S. Aniani:

Hanc alij  
Theodori-  
cum vocant.

Atrila in fa-  
gâ compellitur.

E vita disce-  
dit S. Ania-  
nus.

Post eam è barbaris reportatam victoriam, S. Anianus lætabatur in Domino,  
quòd in tanta calamitate, tamque praesenti discrimine, neminem è suis amississet, nisi  
si quis fortè diuinam desperans opem, contra eius praecceptum barbaro hosti se vltro  
tradidisset. Tanta autem meritis beati viri post eam victoriam extitit fugum vber-  
tas in Aurelianensi territorio, vt magna inde ad superiorem latitiam fieret accessio.  
Biennio inde elapso, multis virtutum ornamentis illustris B. Anianus, post calcatos  
seculi fluctus, iam emeritus miles, carnis nexibus expeditus, migravit ad caelos, ab  
aeterno & immortalis Rege seculorum amplissima praemia recepturus. Conditus au-  
tem est sepulcro ad occidentalem vrbis Aurelianensis plagam in beatissimi martyris  
Laurentij aede, vbi meritorum eius praestantiam Christus multiplici miraculorum  
gloria declarauit. Postea crescente fidelium deuotione, ad orientalem ciuitatis par-  
tem extructo templo insigni, corpus illius eò translatus est, Christo pergente mira-  
culorum signis mirificare sanctum suum: Qui cum patre & spiritu sancto viuat & re-  
gnat in secula seculorum, Amen.

In quodam MS. codice haec annotata sunt, quae iam sequuntur:

S. Anctus Anianus ciuitatis Viennensis indigena fuit, & parentibus nobilibus  
oriundus. Cuius germanus sanctus Leonianus, Abbas fuit. Sanctus Ania-  
nus in adolescentia videns mundi fallaces diuitias esse, respiciens eas, extra  
ciuitatem cellam construxit: vbi Deo fideliter seruiuit multis annis. Dein-  
de audita fama sanctitatis beati Euurcij, venit ad eum, & demum ei in pontificatu  
succeffit.

VITA